

DE

# MOTU OSCILLATORIO

PENDULI CVIVSCVNQVE, DVM ARCVS DATAE  
AMPLITVDINIS ABSOLVIT.

Auctore

L. E V L E R O.

§. 1.

**Q**uando vulgo doctrina de motu pendulorum in elementis Mechanicae tractatur, potissimum spectari solent pendula simplicia, quae, dum oscillantur, excursiones infinite paruas peragunt; vnde longitudo penduli simplicis singulis minutis oscillantis sollicite determinari solet. Cum autem pendula, quibus experimenta institui solent, neque sint simplicia, neque oscillationes, quantumuis fuerint exiguae, tantum infinite paruae spectari queant, illa theoria duplice correctione indiget, quarum altera per centrum oscillationis remedium affertur, dum scilicet, proposito pendulo quocunque, longitudo penduli simplicis quaeritur, quod paribus temporibus oscillationes suas infinite paruas absolvat: altera vero correctio, quam oscillationes per arcus maiores factae exigunt, et si a Geometris iam omni studio est definita, tamen non ita in vulgus est cognita, vt ad quousvis casus facile accommodari queat. Praeterea vero etiam ista posterior correctio tantum ad pendula simplicia restringi solet; vnde non inutile videtur istud argumentum ita in genere pertractare, vt inde sine ullo labore correctiones pro pendulis vtcunque compositis et pro quauis arcuum

arcuum descriptorum amplitudine peti queant; in quo quidem negotio animum a resistentia aëris aliisque impedimentis abstrahemus, quandoquidem oscillationes inde oriundae iam satis accurate a Geometris sunt inuestigatae.

Tab. III. Fig. I. §. 2. Denotet igitur in figura punctum A axem horizontalem, circa quem pendulum quodcunque AG oscillationes peragat, ubi quidem planum tabulae verticale est concipiendum, ad quod axis A sit normalis, ita ut pendulum in hoc piano verticali oscillationes suas absoluat, in quo porro concipiatur recta verticalis AB, quae situm naturalem penduli, in quo acquiescere possit, referat; id quod contingit, quia id centrum gravitatis totius penduli in ista recta verticali AB extiterit. Tum vero angulus BAG =  $\zeta$  represeñet excursionem maximam, ad quam pendulum in motu suo oscillatorio a recta verticali AB vtrinque alternatim digrediatur; ita ut iam nobis incumbat tempus definire, quo pendulum ex situ obliquo AG ad rectam verticalem AB sit peruenetur, quippe quod bis sumptum indicabit tempus unius oscillationis. Per se autem manifestum est, rectam AG, unde angulus excursionis BAG =  $\zeta$  aestimatur, per centrum gravitatis totius penduli ab axe A duci debere.

§. 3. Sit igitur punctum G centrum gravitatis totius penduli, utcunque fuerit compositum, ac popatur eius distantia ab axe AG =  $a$ ; tota vero penduli massa indicitur littera M, qua simul eius pondus designetur; unde vis gravitatis in hoc pendulum ita ager, ac si ipsi in ipso centro gravitatis G applicata esset vis = M, in direccione verticali GH sollicitans. Praeterea vero principia motus postulant, ut innoteſcat momentum inertiae totius penduli respectu axis per centrum gravitatis G duci et axi gyrationis

nis A parallelis, quod reperitur, si singula penduli elementa per quadrata distantiarum suarum ab isto axe per G actio multiplicentur atque omnia ista producta in unam summam colligantur. Statuatur igitur istud momentum inertiae  $= M k k$ , quandoquidem semper assignare licebit eiusmodi longitudinem  $k$ , ut productum  $M k k$  aequetur summae omnium memoratorum productorum elementarium. Cognito autem isto momento inertiae respectu puncti G ex Mechanica constat, eius momentum inertiae respectu axis gyrationis A fore  $= M(a a + k k)$ .

§. 4. Consideremus nunc situm penduli quemcunque, quem inter oscillandum teneat, ubi recta A G  $= a$ , cum recta verticali A B constitutus angulum B A G  $= \phi$ , qui igitur est variabilis, dum a situ verticali, ubi  $\phi = 0$ , alternatim utrinque usque ad  $\phi = \zeta$  excrescere potest, si quidem  $\zeta$  amplitudinem excursionis maxima denotat. Cum igitur pendulum a sola vi gravitatis urgeri statuatur, vim sufficiat centro gravitatis G in directione verticali G H applicatam  $= M$ ; cuius ergo momentum respectu axis gyrationis A erit  $= M a \sin. \phi$ , cuius actio tendit ad angulum B A G  $= \phi$  diminuendum. Vnde, si pendulum ad situm verticalem A B accedat, eius motus ab ista vi accelerabitur; contra vero, si pendulum a situ naturali recedat, eius motus ab hac vi tantundem retardabitur, ex quo intelligitur, tam accessiones quam recessiones aequalibus temporibus absolui debere.

§. 5. Concipiamus igitur pendulum a situ naturali A B recedere, et elapso tempore  $t$  peruenisse in situm A G, confecto angulo B A G  $= \phi$ . Sumamus porro tempus  $t$  in minutis secundis exprimi, et quoniam pendulum elemento

*Acta Acad. Imp. Sc. Tom. I. P. II.*

X

tab. III.  
fig. 2.

temp-

temporis  $d t$  conficiet angulum  $G A g = d \Phi$ , eius celeritas angularis erit  $\frac{d \Phi}{d t}$ , ideoque eius differentiale per  $d t$  diuisum dabit accelerationem  $= \frac{d d \Phi}{d t^2}$ , sumpto scilicet elemento  $d t$  constante, quae acceleratio secundum principia motus proportionalis est momento vis sollicitantis diuisio per momentum inertiae totius corporis respectu axis gyrationis, qui est in A. Vidimus autem momentum vis sollicitantis esse  $= M a \sin. \Phi$ , quod, quia tendit ad motum retardandum, negatiue accipi debet; tum vero ostendimus momentum inertiae esse  $= M(a a + k k)$ . Quod si iam littera  $g$  denotet altitudinem, ex qua grauia uno minuto secundo delabuntur, praecpta Mechanicae nobis suppeditant istam aequationem differentialiem secundi gradus:

$$\frac{d d \Phi}{d t^2} = -\frac{2 g M a \sin. \Phi}{M(a a + k k)} = -\frac{2 g a \sin. \Phi}{a a + k k}$$

ex qua totum penduli motum deriuare oportet.

§. 6. Multiplicemus hanc aequationem utrinque per  $\frac{1}{2} d \Phi$ , et quia  $\int d \Phi \sin. \Phi = -\cos. \Phi$ , hinc integrando consequimur hanc aequationem:  $\frac{1}{2} \frac{d \Phi^2}{d t^2} = \frac{2 g a \cos. \Phi}{a a + k k} + C$ ; ubi ad constantem rite determinandam notetur, formulam  $\frac{d \Phi^2}{d t^2}$  exprimere quadratum celeritatis angularis, quae cum euane-scere debeat, quando pendulum ad maximam excursionem pertigerit, hoc est, casu, quo fit  $\Phi = \zeta$ , haec constans ita definietur, vt fit  $C = -\frac{4 a \cos. \zeta}{a a + k k}$  ita vt iam aequatio motum penduli definiens sit  $\frac{d \Phi^2}{d t^2} = \frac{4 g a (\cos. \Phi - \cos. \zeta)}{a a + k k}$ . Ponamus breuitatis gratia  $\frac{a a + k k}{a} = b$  et habebimus

$$\frac{d \Phi^2}{d t^2} = \frac{4 g}{b} (\cos. \Phi - \cos. \zeta)$$

vbi notetur, longitudinem  $b = a + \frac{k k}{a}$  exprimere distan-tiam centri oscillationis ab axe suspensionis, sive, quod eodem redit, longitudinem penduli simplicis isochroni, quod scilicet eundem motum oscillatorium esset recepturum, si quidem arcus eiusdem amplitudinis absoluueret. Hinc igitur

Aut paret, ipso initio, quo pendulum ex situ verticali in AB recedit, quadratum eius celeritatis fuisse  $= \frac{1}{b} (1 - \cos \zeta)$  quae formula simul exprimit altitudinem huic celeritati debitam.

§. 7. Quaeramus nunc ex hac aequatione valorem elementi temporis  $dt$ , qui erit  $dt = \frac{d\Phi \sqrt{b}}{2\sqrt{g}(\cos \Phi - \cos \zeta)}$  cuius ergo formulae integrale erit inuestigandum. Hunc in finem ponamus  $\sin \frac{1}{2}\zeta = c$  et  $\sin \frac{1}{2}\Phi = z$ , fietque

$\cos \zeta = 1 - 2cc$  et  $\cos \Phi = 1 - 2zz$ ; deinde vero, cum sit  $\cos \frac{1}{2}\Phi = \sqrt{1-z^2}$ , sumptis differentialibus erit  $\frac{1}{2}d\Phi \cos \frac{1}{2}\Phi = dz$ ; unde concluditur  $d\Phi = \frac{2dz}{\sqrt{1-z^2}}$ ; quibus valoribus substitutis erit nostrum elementum temporis

$$dt = \frac{dz \sqrt{b}}{\sqrt{1-z^2}(1-2zz)(1-zz)} \text{ siue } \frac{d\sqrt{2g}}{\sqrt{b}} = \frac{dz}{\sqrt{(cc-zz)(1-zz)}}$$

cuius integrale, ut totum tempus ascensus a  $\Phi = 0$  vsque ad  $\Phi = \zeta$  exprimat, extendi debet a  $z = 0$  vsque ad  $z = c$ , hocque modo obtimebitur tempus unius dimidiae oscillationis; ubi notetur, quantitatem  $c$  unitatem nunciam superare posse atque adeo in exiguis oscillationibus fore fractionem valde parvam.

§. 8. Ut ambo termini integrationis ad terminos 0 et 1 retrocentur, statuar  $z = cy$ , et aequatio nostra induet hanc formam:  $\frac{d\sqrt{2g}}{\sqrt{b}} = \frac{dy}{\sqrt{(1-y^2)(1-c^2y^2)}}$ . Quo nunc hinc integrale per seriem infinitam expressum elicere queamus, postremum factorem  $\frac{1}{\sqrt{(1-c^2y^2)}} = (1-c^2yy)^{\frac{1}{2}}$  in seriem evoluamus, quae erit

$$1 + \frac{1}{2}c^2yy + \frac{1 \cdot 3}{2 \cdot 4}c^4y^4 + \frac{1 \cdot 3 \cdot 5}{2 \cdot 4 \cdot 6}c^6y^6 + \frac{1 \cdot 3 \cdot 5 \cdot 7}{2 \cdot 4 \cdot 6 \cdot 8}c^8y^8 + \text{etc.}$$

Ita ut nunc habeamus

$$\frac{d\sqrt{2g}}{\sqrt{b}} = \frac{dy}{\sqrt{1-y^2}} \left( 1 + \frac{1}{2}c^2yy + \frac{1 \cdot 3}{2 \cdot 4}c^4y^4 + \frac{1 \cdot 3 \cdot 5}{2 \cdot 4 \cdot 6}c^6y^6 + \text{etc.} \right)$$

ubique singularium partium integralia ab  $y=0$  vsque ad  $y=1$  sunt

funt extendenda. Nunc primo statim patet esse  $\frac{dy}{\sqrt{1-y^2}} = \frac{\pi}{2}$ , denotante  $\pi$  peripheriam circuli, cuius diameter  $= 1$ ; pro reliquis vero, cum in genere pro iisdem terminis integrationis sit:

$$\int \frac{y^{n+1} dy}{\sqrt{(1-y^2)}} = \frac{n}{n+1} \int \frac{y^n dy}{\sqrt{(1-y^2)}} \text{ erit}$$

$$\int \frac{y^2 dy}{\sqrt{(1-y^2)}} = \frac{1}{2} \cdot \frac{\pi}{2}$$

$$\int \frac{y^4 dy}{\sqrt{(1-y^2)}} = \frac{1 \cdot 3}{2 \cdot 4} \cdot \frac{\pi}{2}$$

$$\int \frac{y^6 dy}{\sqrt{(1-y^2)}} = \frac{1 \cdot 3 \cdot 5}{2 \cdot 4 \cdot 6} \cdot \frac{\pi}{2}$$

$$\int \frac{y^8 dy}{\sqrt{(1-y^2)}} = \frac{1 \cdot 3 \cdot 5 \cdot 7}{2 \cdot 4 \cdot 6 \cdot 8} \cdot \frac{\pi}{2}$$

etc.. etc..

His igitur valoribus substitutis integrationis singularium partium nos perducit ad sequentem seriem:

$$\frac{t \sqrt{2g}}{\sqrt{b}} = \frac{\pi}{2} \left( 1 + \frac{1}{2^2} c c + \frac{1^2 \cdot 3^2}{2^2 \cdot 4^2} c^4 + \frac{1^2 \cdot 3^2 \cdot 5^2}{2^2 \cdot 4^2 \cdot 6^2} c^6 + \frac{1^2 \cdot 3^2 \cdot 5^2 \cdot 7^2}{2^2 \cdot 4^2 \cdot 6^2 \cdot 8^2} c^8 + \text{etc.} \right)$$

§. 9. Hinc igitur innoteſcit tempus  $t$  pro dimidio oscillatione, quod duplicatum praebebit tempus unius oscillationis integræ, quod si indicetur littera  $T$ , erit

$$T = \frac{\pi \sqrt{b}}{\sqrt{2g}} \left( 1 + \frac{1}{2^2} c c + \frac{1^2 \cdot 3^2}{2^2 \cdot 4^2} c^4 + \frac{1^2 \cdot 3^2 \cdot 5^2}{2^2 \cdot 4^2 \cdot 6^2} c^6 + \frac{1^2 \cdot 3^2 \cdot 5^2 \cdot 7^2}{2^2 \cdot 4^2 \cdot 6^2 \cdot 8^2} c^8 + \text{etc.} \right)$$

quod tempus adeo exprimitur in minutis secundis, siquidem  $g$  denotet altitudinem, per quam grauior uno minuto secundo libere delabuntur. Atque hinc statim patet, si oscillationes fuerint infinite paruae, quo casu fit  $\zeta = 0$  ideoque  $c = 0$ , tempus cuiusque oscillationis futurum esse  $T = \frac{\pi \sqrt{b}}{\sqrt{2g}}$ , ubi  $b$  designat longitudinem penduli simplicis isochroni, siue distantiam centri oscillationis ab axe gyrationis A. Vnde si velimus, ut pendulum singulas oscillationes uno minuto secundo absoluat, fieri debet  $\frac{\pi \sqrt{b}}{\sqrt{2g}} = 1$ , vnde colligitur longitudine talis penduli simplicis  $b = \frac{2g}{\pi^2}$ .

Quare

Quare cum in pedibus Rhenanis sit  $g = 15^{\frac{1}{2}}$  ped. ideoque

$$2g = 3^{\frac{1}{2}} \text{ ped. erit longitudo talis penduli } b = 3, 1662\text{r.}$$

Sin autem longitudo penduli fuerit maior vel minor, tum tempora oscillationum, vti in vulgus est notum, sequentur rationem subduplicatam longitudinis penduli  $b$ ; vbi autem probe notandum, oscillationes hic considerari infinite paruas.

§. 10. Quod autem ad oscillationes per arcus maiores attinet, in genere quidem patet ex nostra formula, quo maiores fuerint hi arcus, quoniam quantitas  $c = \sin \frac{1}{2} \zeta$  etiam augetur, tempora oscillationum fieri aliquanto minora; quod quo clarius ob oculos ponamus, sumamus quantitatem  $cc$  tam esse paruam, vt eius altiores potestates  $c^4, c^6$  etc. negligere liceat, ac tum tempus vnius oscillationis erit  $T = \frac{\pi \sqrt{b}}{\sqrt{2}g} (1 + \frac{1}{4}cc)$ , vnde, si  $\Theta$  denotet tempus vnius oscillationis infinite peruae eiusdem penduli, ob  $\Theta = \frac{\pi \sqrt{b}}{\sqrt{2}g}$  erit nunc  $T = \Theta (1 + \frac{1}{4}cc)$ , siue erit  $\Theta : T = 1 : 1 + \frac{1}{4}cc$ , id quod valet pro oscillationibus satis exiguis: si enim arcus maiores absoluantur, etiam plures terminos seriei inuentae assumi oportebit. Ut nunc hanc formulam ad usum practicum accommodemus, consideremus nostrum pendulum A G O in excursione maxima, ita vt cum resta verticali A B faciat angulum  $B A O = \zeta$  sitque G, vt hactenus centrum gravitatis penduli, punctum O vero centrum oscillationis, ita vt sit  $A O = b = \frac{aa+kk}{a}$ . Iam ducta ex O horizontali O D erit  $O D = b \sin \zeta$  et  $A D = b \cos \zeta$ , vnde fiet sagitta  $B D = b (1 - \cos \zeta) = 2b \sin \frac{1}{2} \zeta$ ; erit ergo hoc interuum  $B D = 2b cc$ . Quoniam igitur, data amplitudine siue angulo  $\zeta$ , hoc interuum  $B D$  facile metiri licet, vocemus id  $B D = d$ , eritque  $cc = \frac{d}{2b}$ ; quam ob rem pro

Tab. III.  
Fig. 3.

oscillationibus satis exiguis erit  $\Theta : T = 1 : 1 + \frac{d}{8b}$  siue  
 $\Theta : T = 8b : 8b + d$ , hoc est vt  $8AB : 8AB + BD$   
 qua regula iam passim in experimentando uti solent.  
 Ad hanc  $\Theta$ . **ix.** Sin autem oscillationes per maiores arcus  
 peragantur, atque  $\Theta$  vt ante denotet tempus vnius oscillationis infinite paruae penduli propositi, ob

$$\Theta = \frac{\pi\sqrt{b}}{\sqrt{2g}} \text{ et } cc = \frac{d}{2b}$$

tempus vnius oscillationis pro angulo  $B A O = \zeta$  ita ex-

primetur vt sit

$$T = \Theta \left( 1 + \frac{1^2}{2^2} \cdot \frac{d}{2b} + \frac{1^2 \cdot 3^2}{2^2 \cdot 4^2} \cdot \frac{dd}{4b^2} + \frac{1^2 \cdot 3^2 \cdot 5^2}{2^2 \cdot 4^2 \cdot 6^2} \cdot \frac{d^3}{8b^3} + \frac{1^2 \cdot 3^2 \cdot 5^2 \cdot 7^2}{2^2 \cdot 4^2 \cdot 6^2 \cdot 8^2} \cdot \frac{d^4}{16b^4} + \text{etc.} \right)$$

vnde si pendulum inter oscillandum rotum semicirculum  
 percurrat, ita vt angulus  $\zeta$  euadat  $= 90^\circ$  erit  $b = d$  ideo-  
 que hoc casu tempus vnius oscillationis erit

$$T = \Theta \left( 1 + \frac{1^2}{2^2} \cdot \frac{1}{2} + \frac{1^2 \cdot 3^2}{2^2 \cdot 4^2} \cdot \frac{1}{4} + \frac{1^2 \cdot 3^2 \cdot 5^2}{2^2 \cdot 4^2 \cdot 6^2} \cdot \frac{1}{8} + \frac{1^2 \cdot 3^2 \cdot 5^2 \cdot 7^2}{2^2 \cdot 4^2 \cdot 6^2 \cdot 8^2} \cdot \frac{1}{16} + \text{etc.} \right)$$

cuius valor in fractionibus decimalibus computatus colligi-  
 tur proxime  $T = 1,1805\Theta$ , quae ratio proxime est vt  
 $5 : 6$ . Si arcus percursi adeo maiores euadant quam se-  
 micirculus, tempora oscillationum continuo magis incre-  
 scunt; atque adeo si pendulum rotam peripheriam percur-  
 rere debeat, tempus usque in infinitum augetur; postquam  
 enim pendulum in locum supremum fuerit perductum, si-  
 tum tenebit verticalem et nunquam ex eo delabetur; vnde  
 mirum non est calculum tempus infinite magnum ostendere. Caeterum, quia hoc casu fit  $d = 2b$ , series supra  
 inuenta abibit in haec:

$$1 + \frac{1^2}{2^2} + \frac{1^2 \cdot 3^2}{2^2 \cdot 4^2} + \frac{1^2 \cdot 3^2 \cdot 5^2}{2^2 \cdot 4^2 \cdot 6^2} + \frac{1^2 \cdot 3^2 \cdot 5^2 \cdot 7^2}{2^2 \cdot 4^2 \cdot 6^2 \cdot 8^2} + \text{etc.}$$

cuius summam infinitam esse ex prima formula inte-  
 grali manifesto liquet, quae, ob  $c = 1$ , erit  $\int \frac{dz}{z^2}$  a  
 $z = 0$  ad  $z = 1$  extendenda; eius vero integrale est  
 $\frac{1}{2} \ln \frac{1+z}{1-z}$ , qui valor, posito  $z = 1$ , manifesto fit infinitus.

Addita-

### Additamentum ad dissertationem de motu pendulorum.

§. 12. Cum circa finem superioris dissertationis ostendisse tempus oscillationis in infinitum augeri, si angulus  $\zeta$ , usque ad 180 grad. excrescat, quaestio hic se offert non parum curiosa, quantum futurum sit tempus oscillationis, quando angulus  $\zeta$  propemodum ad 180 grad. iugetur, ita ut quantitas  $c = \sin \frac{1}{2} \zeta$  tantum non unitati aequalis, sive quam minime ab ea deficiat, tum enim res inuenta

$$T = \frac{\pi \sqrt{b}}{\sqrt{2g}} \left( 1 + \frac{1^2}{2^2} c^2 + \frac{1^2 \cdot 3^2}{2^2 \cdot 4^2} c^4 + \frac{1^2 \cdot 3^2 \cdot 5^2}{2^2 \cdot 4^2 \cdot 6^2} c^6 + \text{etc.} \right)$$

enī summam habet finitam, tamen eius termini nimis lente convergent, quam ut eius verum valorem saltem proxime inde determinare liceat; neque etiam illa via patere videtur, istam seriem ita transformandi, ut eius summa satis exacte inde definiri queat.

§. 13. Constituto igitur axe gyrationis in A, Tab. III. circa eum radio A B = A b = b describatūr circulus, in Fig. 4 quo diameter B b situm teneat verticalem. Iam sursum indicatur radius A g parum a situ verticali discrepans, unde pendulum per peripheriam circuli descendere incipiat, ita ut angulus  $b A g$  sit valde exiguis, quem vocemus.

$b A g = \gamma$ . Quare cum in calculo praecedenti littera  $\zeta$  designasset angulum  $B A g$ , erit nunc  $\zeta = 180 - \gamma$ , hincque  $c = \sin(90 - \frac{1}{2} \gamma) = \cos \frac{1}{2} \gamma$  propemodum unitati aequalabitur. Ponamus nunc elapsō tempore =  $t$  pendulum ex g descendisse in Z et vocemus angulum  $b A Z = \psi$  ita ut sit angulus  $B A Z = \phi = 180 - \psi$ , ideoque, cum ponuimus  $z = \sin \frac{1}{2} \phi$  erit nunc  $z = \cos \frac{1}{2} \psi$ ; quam ob rem aequatio pro motu penduli supra inuenta

$$\frac{dt \sqrt{ag}}{\sqrt{b}} = \frac{dz}{\sqrt{(1-z^2)(ac-z^2)}}$$

per istos nonos valores euolui debet.

§. 14.

§. 14. Cum igitur sit  $cc = \cos. \frac{1}{2}\eta^2 = 1 - \sin. \frac{1}{2}\eta^2$   
et  $zz = \cos. \frac{1}{2}\psi^2 = 1 - \sin. \frac{1}{2}\psi^2$  fiet,  $\frac{dz}{\sqrt{1-zz}} = \frac{1}{2}d\psi$  cui  
signum + tribuimus, quia hic corpus descendere assu-  
mimus, dum ante ascensus fuisset consideratus. His igitur  
valoribus substitutis nostra aequatio differentialis erit

$$\frac{dt\sqrt{2g}}{\sqrt{b}} = \frac{d\psi}{2\sqrt{(\sin. \frac{1}{2}\psi^2 - \sin. \frac{1}{2}\eta^2)}}$$

vbi probe notetur terminum  $\sin. \frac{1}{2}\eta^2$  esse quam minimum.

§. 15. Quoniam descensus ex punto  $g$  incipere  
assumitur, existente angulo  $bA g = \eta$ , euidens est, integrale  
euanescere posito  $\psi = \eta$ ; quo obseruato valor litterae  $t$   
dabit tempus in minutis secundis expressum, quo pendu-  
lum ex situ initiali  $A g$  peruerterit in situum quemcunque  
alium  $A z$ . Quoniam igitur hic quantitas  $\sin. \frac{1}{2}\eta^2$  mox  
prae termino  $\sin. \frac{1}{2}\psi^2$  euadet quam minima, formula dif-

$d\psi$   
 $\frac{d\psi}{2\sqrt{(\sin. \frac{1}{2}\psi^2 - \sin. \frac{1}{2}\eta^2)}}$  commode in hanc seriem  
evoletur

$$d\psi \left( \frac{1}{\sin. \frac{1}{2}\psi} + \frac{1 \cdot \sin. \frac{1}{2}\eta^2}{2 \cdot \sin. \frac{1}{2}\psi} + \frac{1 \cdot 3 \sin. \frac{1}{2}\eta^4}{2 \cdot 4 \sin. \frac{1}{2}\psi^5} + \frac{1 \cdot 3 \cdot 5 \sin. \frac{1}{2}\eta^6}{2 \cdot 4 \cdot 6 \sin. \frac{1}{2}\psi^7} + \text{etc.} \right)$$

vbi integrale primi termini statim per logarithmos ita ex-  
primi potest, vt sit

$$\int \frac{d\psi}{2\sin. \frac{1}{2}\psi} = l \frac{\operatorname{tg.} \frac{1}{2}\psi}{\operatorname{tg.} \frac{1}{2}\eta}$$

vnde intelligitur, si angulus  $\eta$  plane euanesceret, valorem  
huius integralis fore infinitum; vnde statim patet, quo  
minor accipiatur angulus  $\eta$ , eo minus prodire debere  
tempus; quam ob rem, si praeter primum terminum se-  
quentes negligere licet, iam habemus

$$\frac{t\sqrt{2g}}{\sqrt{b}} = l \frac{\operatorname{tg.} \frac{1}{2}\psi}{\operatorname{tg.} \frac{1}{2}\eta} \text{ ideoque } t = \frac{\sqrt{b}}{\sqrt{2g}} l \frac{\operatorname{tg.} \frac{1}{2}\psi}{\operatorname{tg.} \frac{1}{2}\eta}.$$

§. 16. Manifestum autem est, ex hac formula tempus totius descensus, quo pendulum ex situ initiali A g vsque ad situm infimum AB perueniet, definiri posse, quandoquidem positio  $\psi = 180^\circ$  tempus istud fiet

$$t = \frac{\sqrt{b}}{\sqrt{2g}} l \frac{1}{\operatorname{tg}^{\frac{1}{2}} \eta} = \frac{\sqrt{b}}{\sqrt{2g}} l \operatorname{cot.} \frac{1}{4} \eta.$$

Quoniam autem haec expressio primam tantum partem temporis valoris continet, tamen ex ea iam satis exacte tempus totius descensus definiri poterit; quem in finem operae pretium erit inuestigare, quantam correctionem sequentes termini seriei supra inuentae producere valeant.

§. 17. Quod quo commodius fieri possit, statuamus  $\frac{1}{2}\psi = \omega$  et  $\frac{1}{2}\eta = \alpha$ , vnde integrale primi termini diff. prodit  $= l \frac{\operatorname{tg}^{\frac{1}{2}} \omega}{\operatorname{tg}^{\frac{1}{2}} \alpha}$ ; Pro secundo autem termino habebimus differentiale  $\frac{d \omega \sin. \alpha^2}{\sin. \omega^3}$ , ad cuius integrale inueniendum fingamus  $\int \frac{d \omega}{\sin. \omega^3} = \frac{A \operatorname{col.} \omega}{\sin. \omega^2} + B \int \frac{d \omega}{\sin. \omega}$ : vnde sumptis differentialibus enim  $\frac{1}{2} \int \frac{d \omega}{\sin. \omega^3} = -\frac{A}{\sin. \omega} - \frac{2A \operatorname{col.} \omega^2}{\sin. \omega^3} + \frac{B}{\sin. \omega}$ , quae aequatio, loco  $\operatorname{col.} \omega^2$  substituto valore  $1 - \sin. \omega^2$ , transit in hanc:

$$\frac{1}{2} \int \frac{d \omega}{\sin. \omega^3} = \frac{A}{\sin. \omega} - \frac{2A}{\sin. \omega^3} + \frac{B}{\sin. \omega}$$

ex qua patet, sumi debere  $2A = -1$  et  $B + A = 0$ , ita vt sit  $A = -\frac{1}{2}$  et  $B = \frac{1}{2}$ , vnde ergo colligitur

$$\int \frac{d \omega}{\sin. \omega^3} = \frac{\operatorname{col.} \omega}{2 \sin. \omega^2} + \frac{1}{2} l \operatorname{tg}^{\frac{1}{2}} \omega + C.$$

Vbi ad constantem inueniendam statuatur  $\omega = \alpha$ , fierique debet  $0 = -\frac{\operatorname{col.} \alpha}{2 \sin. \alpha^2} + \frac{1}{2} l \operatorname{tg}^{\frac{1}{2}} \alpha + C$ , ideoque  $C = \frac{\operatorname{col.} \alpha}{2 \sin. \alpha^2} - \frac{1}{2} l \operatorname{tg}^{\frac{1}{2}} \alpha$ , quo substituto erit

$$\int \frac{d \omega}{\sin. \omega^3} = \frac{\operatorname{col.} \alpha}{2 \sin. \alpha^2} - \frac{\operatorname{col.} \omega}{2 \sin. \omega^2} + \frac{1}{2} l \frac{\operatorname{tg}^{\frac{1}{2}} \omega}{\operatorname{tg}^{\frac{1}{2}} \alpha}$$

quo circa, binis partibus prioribus coniungendis, consequatur hunc vaorem:

$$\frac{t \sqrt{2} g}{\sqrt{b}} = (1 + \frac{1}{4} \sin^2 \alpha) l \frac{\operatorname{tg} \frac{1}{2} \omega}{\operatorname{tg} \frac{1}{2} \alpha} + \frac{1}{4} \cos \alpha - \frac{\cos \omega \sin \alpha^2 A}{4 \sin \omega}$$

Hinc pro toto descensu, ponendo  $\omega = 90^\circ$ , fiet

$$\frac{t \sqrt{2} g}{\sqrt{b}} = (1 + \frac{1}{4} \sin^2 \alpha) l \cot \alpha + \frac{1}{4} \cos \alpha,$$

vnde patet nobis secundum terminum imprimis accessisse quantitatem satis notabilem  $\frac{1}{4} \cos \alpha$ , cuius valor propemodum est  $\frac{1}{2}$ ; quam ob rem eo magis necesse est etiam sequentes terminos exequi.

§. 18. Haec autem operatio ut in genere institui queat, lemma generale praemittamus pro integratione formulae

$$\int \frac{d\omega}{\sin \omega^{n+1}}, \text{ quem in finem ponamus}$$

$$\int \frac{d\omega}{\sin \omega^n} = \frac{A \cos \omega}{\sin \omega^n} + B \int \frac{d\omega}{\sin \omega^{n-1}}$$

quae forma differentia praebet

$$\frac{d}{d\omega} \left( \frac{A \cos \omega}{\sin \omega^n} + B \int \frac{d\omega}{\sin \omega^{n-1}} \right) = \frac{n A \cos \omega}{\sin \omega^{n+1}} - \frac{B}{\sin \omega^{n-1}}$$

quae ob  $\cos \omega^2 = 1 - \sin \omega^2$ abit in hanc:

$$\frac{d}{d\omega} \left( \frac{(n-1) A}{\sin \omega^{n-1}} - \frac{n A}{\sin \omega^{n+1}} + \frac{B}{\sin \omega^{n-1}} \right) = \frac{A}{\sin \omega^{n+1}}$$

vnde patet esse debere  $A = -\frac{1}{n}$  &  $B = \frac{1}{n}$ , ita ut, introducta constante debita, qua integrale evanescat positio  $\omega = \alpha$ , habeamus in genere hanc reductionem:

$$\int \frac{d\omega}{\sin \omega^{n+1}} = \frac{\cos \alpha}{n \sin \alpha^n} - \frac{\cos \omega}{n \sin \omega^n} + \frac{n-1}{n} \int \frac{d\omega}{\sin \omega^{n-1}}$$

quod postremum integrale tanquam cognitum spectare licet.

§. 19. Hoc lemmate constituto sumamus primo  
eritque

$$\int \frac{d\omega}{\sqrt{\cos^2 \alpha - \sin^2 \omega}} = \frac{\cos \alpha}{2 \sin \alpha} + C$$

quemadmodum iam ante inuenimus. Nunc igitur ponamus porro  $n=4$  eritque pro tertio termino.

$$\int \frac{d\omega}{\sin \omega^2} = \frac{\cos \alpha}{4 \sin \alpha^2} - \frac{\cos \omega}{4 \sin \omega^2} + \frac{3}{4} \int \frac{d\omega}{\sin \omega^2}.$$

Fiat porro n<sup>o</sup> 16. ac pro termino quarto habebimus

$$\int \frac{d\omega}{\sin(\omega)} = -\frac{\cos\alpha}{6\sin\alpha^2} + \frac{\cos\omega}{6\sin\omega^2} + \frac{1}{8} \int \frac{d\omega}{\sin\omega^5}.$$

Simil modo, posito  $n = 8$ , pro termino quinto habebimus

$$\frac{d\omega}{\sqrt{1-\omega^2}} = \frac{\cos \alpha}{8 \sin \omega^2} - \frac{\cos \omega}{8 \sin \omega^2} + \frac{d\omega}{8 \sin \omega^2}.$$

Vixius. vero, ponendo  $n=10$ , reperiatur

$$\int \frac{d\omega}{(\sin \omega)^k} = \frac{\text{cosec } \alpha}{10 \sin \alpha^2} - \frac{\text{cosec } \omega}{10 \sin \omega^2} + \frac{9}{10} \int \frac{d\omega}{\sin \omega^{11}}.$$

etc. etc.

S. 20. Quoniam autem nobis imprimis propositum  
est in tempus totius descensus, quo sit  $\omega = 90^\circ$ , inquirere,  
autem integralia ad hunc casum accommodata ita se  
habebunt:

$$\int \frac{dw}{\sin^2 \alpha} = \text{cosec}^2 \alpha + \frac{1}{2} \cot \frac{\alpha}{2}$$

$$= \frac{\text{cosec}^2 \alpha}{\sin^2 \alpha} + \frac{1}{2} \cot \frac{\alpha}{2}$$

$$= \frac{\text{cosec}^2 \alpha}{2 \cdot 4 \cdot \text{fin}^2 \alpha} + \frac{1}{2} \cot \frac{\alpha}{2}$$

$$= \frac{\text{cosec}^2 \alpha}{4 \cdot \text{fin}^2 \alpha} + \frac{1}{2} \cot \frac{\alpha}{2}$$

$$= \frac{\text{cosec}^2 \alpha}{4 \cdot 6 \cdot \text{fin}^2 \alpha} + \frac{1}{2} \cot \frac{\alpha}{2}$$

$$= \frac{\text{cosec}^2 \alpha}{2 \cdot 4 \cdot 6 \cdot \text{fin}^2 \alpha} + \frac{1}{2} \cot \frac{\alpha}{2}$$

$$= \frac{\text{cosec}^2 \alpha}{2 \cdot 4 \cdot 6 \cdot 8 \cdot \text{fin}^2 \alpha} + \frac{1}{2} \cot \frac{\alpha}{2}$$

$$= \frac{\text{cosec}^2 \alpha}{2 \cdot 4 \cdot 6 \cdot 8 \cdot 16 \cdot \text{fin}^2 \alpha} + \frac{1}{2} \cot \frac{\alpha}{2}$$

etc.

Y 2

S. 21.

§. 21. Substituamus nunc singulos istos valores integrales in aequatione differentiali, quae erat

$$\frac{dt \sqrt{zg}}{\sqrt{b}} = d\omega \left( \frac{1}{\sin. \omega} + \frac{1 \cdot \sin. \alpha^2}{2 \cdot \sin. \omega^3} + \frac{1 \cdot 3 \cdot \sin. \alpha^4}{2 \cdot 4 \cdot \sin. \omega^5} + \text{etc.} \right)$$

atque integrale quaesitum per totum arcum descensus  $gzB$  extensum erit:

$$\begin{aligned} & l \cot. \frac{1}{2} \alpha \\ & + \frac{1^2}{2^2} \sin. \alpha^2 l \cot. \frac{1}{2} \alpha + \frac{1^2}{2^2} \cos. \alpha \\ & + \frac{1^2 \cdot 3^2}{2^2 \cdot 4^2} \sin. \alpha^4 l \cot. \frac{1}{2} \alpha + \frac{1 \cdot 3}{2 \cdot 4^2} \cos. \alpha + \frac{1 \cdot 3^2}{2^2 \cdot 4^2} \cos. \alpha \sin. \alpha^2 \\ & + \frac{1^2 \cdot 3^2 \cdot 5^2}{2^2 \cdot 4^2 \cdot 6^2} \sin. \alpha^6 l \cot. \frac{1}{2} \alpha + \frac{1 \cdot 3 \cdot 5}{2 \cdot 4 \cdot 6^2} \cos. \alpha + \frac{1 \cdot 3 \cdot 5^2}{2 \cdot 4^2 \cdot 6^2} \cos. \alpha \sin. \alpha^2 \\ & \quad + \frac{1 \cdot 3^2 \cdot 5^2}{2^2 \cdot 4^2 \cdot 6^2} \cos. \alpha \sin. \alpha^4 \\ & + \frac{1^2 \cdot 3^2 \cdot 5^2 \cdot 7^2}{2^2 \cdot 4^2 \cdot 6^2 \cdot 8^2} \sin. \alpha^8 l \cot. \frac{1}{2} \alpha + \frac{1 \cdot 3 \cdot 5 \cdot 7}{2 \cdot 4 \cdot 6 \cdot 8^2} \cos. \alpha + \frac{1 \cdot 3 \cdot 5 \cdot 7^2}{2 \cdot 4 \cdot 6 \cdot 8^2} \cos. \alpha \sin. \alpha^2 \\ & \quad + \frac{1 \cdot 3 \cdot 5^2 \cdot 7^2}{2 \cdot 4^2 \cdot 6^2 \cdot 8^2} \cos. \alpha \sin. \alpha^4 + \frac{1 \cdot 3^2 \cdot 5^2 \cdot 7^2}{2^2 \cdot 4^2 \cdot 6^2 \cdot 8^2} \cos. \alpha \sin. \alpha^6 \\ & \quad \text{etc.} \quad \text{etc.} \end{aligned}$$

vbi cum  $\alpha$  denotet angulum valde paruum, ita ut prope modum sit  $\cos. \alpha = 1$ , secunda column, cuius omnes termini simpliciter continent  $\cos. \alpha$ , prae reliquis valores notabiles exhibet, dum reliqui, qui continent vel  $\sin. \alpha^2$ , vel  $\sin. \alpha^4$  vel  $\sin. \alpha^6$  etc. sine sensibili errore negligi possunt.

§. 22. At vero terminus  $\cos. \alpha$  multiplicatus reperitur per hanc seriem infinitam:

$$\frac{1}{2^2} + \frac{1 \cdot 3}{2 \cdot 4^2} + \frac{1 \cdot 3 \cdot 5}{2 \cdot 4 \cdot 6^2} + \frac{1 \cdot 3 \cdot 5 \cdot 7}{2 \cdot 4 \cdot 6 \cdot 8^2} + \frac{1 \cdot 3 \cdot 5 \cdot 7 \cdot 9}{2 \cdot 4 \cdot 6 \cdot 8 \cdot 10^2} + \frac{1 \cdot 3 \cdot 5 \cdot 7 \cdot 9 \cdot 11}{2 \cdot 4 \cdot 6 \cdot 8 \cdot 10 \cdot 12^2} + \text{etc.}$$

ad cuius summam inuestigandam contempleremur in genere hanc seriem:

$$\frac{v^2}{\sqrt{1-v^2}} = 1 + \frac{1}{2} v^2 + \frac{1 \cdot 3}{2 \cdot 4} v^4 + \frac{1 \cdot 3 \cdot 5}{2 \cdot 4 \cdot 6} v^6 + \frac{1 \cdot 3 \cdot 5 \cdot 7}{2 \cdot 4 \cdot 6 \cdot 8} v^8 + \text{etc.}$$

quae diuisa per  $v$  praebet

$$\frac{1}{v \sqrt{1-v^2}} = \frac{1}{v} + \frac{1}{2} v + \frac{1 \cdot 3}{2 \cdot 4} v^3 + \frac{1 \cdot 3 \cdot 5}{2 \cdot 4 \cdot 6} v^5 + \frac{1 \cdot 3 \cdot 5 \cdot 7}{2 \cdot 4 \cdot 6 \cdot 8} v^7 + \text{etc.}$$

ex

ex hac vero ducta in  $d v$  et integrata , prodit

$$\int \frac{dv}{v\sqrt{1-vv}} = l v + \frac{1}{2} v v + \frac{1 \cdot 3}{2 \cdot 4^2} v^4 + \frac{1 \cdot 3 \cdot 5}{2 \cdot 4 \cdot 6^2} v^6 + \frac{1 \cdot 3 \cdot 5 \cdot 7}{2 \cdot 4 \cdot 6 \cdot 8^2} v^8 + \text{etc.}$$

vnde patet, summam nostrae seriei resultare ex formula  
gzb  $\int \frac{dv}{v\sqrt{1-vv}} = l v$ , si post integrationem statuar  $v = 1$ .

Ponamus nunc  $\sqrt{1-vv} = u$  eritque  $v v = 1-u^2$ , hinc  
 $l v = l \sqrt{1-u^2}$  et  $\frac{dv}{v} = -\frac{u du}{1-u^2}$  vnde colligitur

$$\int \frac{dv}{v\sqrt{1-vv}} = - \int \frac{du}{1-u^2} = -\frac{1}{2} l \frac{1+u}{1-u} = -l(1+u) + \frac{1}{2} l(1-uu) + C.$$

Iam loco  $u$  restituatur valor  $\sqrt{1-vv}$  eritque

$$\int \frac{dv}{v\sqrt{1-vv}} = C - l(1+V\sqrt{1-vv}) + l v$$

consequenter expressio proposita erit

$$\int \frac{dv}{v\sqrt{1-vv}} - l v = C - l(1+V\sqrt{1-vv})$$

quod integrale quia ita sumi debet, vt euanesca posito  
 $v = 0$ , dabit constantem  $C = l 2$ ; qua inuenta faciamus  
 $v = 1$  atque seriei nostrae

$$\frac{1}{2^2} + \frac{1 \cdot 3}{2 \cdot 4^2} + \frac{1 \cdot 3 \cdot 5}{2 \cdot 4 \cdot 6^2} + \frac{1 \cdot 3 \cdot 5 \cdot 7}{2 \cdot 4 \cdot 6 \cdot 8^2} + \text{etc.}$$

Summa nunc nobis est cognita, scilicet  $= l 2$ .

§. 23. Quodsi etiam termini tertiae columnae, qui  
singuli continent cos.  $\alpha$  sin.  $\alpha^2$  aliqua attentione digni vi-  
deantur, id quod evenit, quando initium descensus A g  
aliquanto longius a situ summo A b accipiatur: haud diffi-  
cultur quoque summa seriei, quae est

$$\frac{1 \cdot 3^2}{2^2 \cdot 4^2} + \frac{1 \cdot 3 \cdot 5 \cdot 7^2}{2 \cdot 4 \cdot 6^2 \cdot 8^2} + \frac{1 \cdot 3 \cdot 5 \cdot 7 \cdot 9^2}{2 \cdot 4 \cdot 6 \cdot 8^2 \cdot 10^2} + \text{etc.}$$

inuestigari poterit. Cum enim iam inuenierimus

$$l 2 - l(1+V\sqrt{1-vv}) = \frac{1}{2} v v + \frac{1 \cdot 3}{2 \cdot 4^2} v^4 + \frac{1 \cdot 3 \cdot 5}{2 \cdot 4 \cdot 6^2} v^6 + \frac{1 \cdot 3 \cdot 5 \cdot 7}{2 \cdot 4 \cdot 6 \cdot 8^2} v^8 + \text{etc.}$$

diuidamus utrinque per  $v$ , vt habeamus

$$\frac{l 2}{v} - \frac{l(1+V\sqrt{1-vv})}{v} = \frac{1}{2} v + \frac{1 \cdot 3}{2 \cdot 4^2} v^3 + \frac{1 \cdot 3 \cdot 5}{2 \cdot 4 \cdot 6^2} v^5 + \frac{1 \cdot 3 \cdot 5 \cdot 7}{2 \cdot 4 \cdot 6 \cdot 8^2} v^7 + \text{etc.}$$

quae aequatio differentiata, pro parte sinistra, omisso  $dv$ , praebet

$$\frac{1}{v^2} + \frac{1}{vv} l(x + \sqrt{x-v} v) + \frac{1}{(x+\sqrt{x-v} v)\sqrt{x-v} v}$$

cuius postremum membrum facile mutatur in hanc formam:  $\frac{1}{v v \sqrt{x-v} v} = \frac{1}{v v}$ ; ita ut iam membrum sinistrum sit

$$-\frac{1-l^2}{v^2} + \frac{1}{vv\sqrt{x-v} v} + \frac{1}{vv} l(x + \sqrt{x-v} v).$$

Pro dextra autem parte habebimus

$$\frac{1}{2^2} + \frac{1 \cdot 3^2}{2 \cdot 4^2} v v + \frac{1 \cdot 3 \cdot 5^2}{2 \cdot 4 \cdot 6^2} v^4 + \frac{1 \cdot 3 \cdot 5 \cdot 7^2}{2 \cdot 4 \cdot 6 \cdot 8^2} v^6 + \text{etc.}$$

§. 24. Pro parte sinistra scribamus simpliciter  $V$ , ut sit

$$V = \frac{1}{2^2} + \frac{1 \cdot 3^2}{2 \cdot 4^2} v v + \frac{1 \cdot 3 \cdot 5^2}{2 \cdot 4 \cdot 6^2} v^4 + \frac{1 \cdot 3 \cdot 5 \cdot 7^2}{2 \cdot 4 \cdot 6 \cdot 8^2} v^6 + \text{etc.}$$

Hic valor ductus in  $\frac{dv}{v}$  et integratus praebet

$$\int \frac{V dv}{v} = \frac{1}{2^2} l v + \frac{1 \cdot 3^2}{2 \cdot 4^2} v v + \frac{1 \cdot 3 \cdot 5^2}{2 \cdot 4 \cdot 6^2} v^4 + \frac{1 \cdot 3 \cdot 5 \cdot 7^2}{2 \cdot 4 \cdot 6 \cdot 8^2} v^6 + \text{etc.}$$

vnde patet sumiam nostrae seriei fore  $= \int \frac{V dv}{v} - \frac{1}{2} l v$ . si quidem statuatur  $v = 1$ . Iam quia  $V$  constat tribus partibus, quarum prima est  $= -\frac{1-l^2}{v^2}$ ; secunda:  $\frac{1}{v v \sqrt{x-v} v}$  et tertia:  $\frac{1}{vv} l(x + \sqrt{x-v} v)$ ; ex prima parte eruitur

$$\int \frac{-1-l^2}{v^3} (x + l^2) = \frac{x+l^2}{2v^2}.$$

Ex secunda parte fit

$$\int \frac{dv}{v^2 \sqrt{x-v} v} = -\frac{\sqrt{x-v} v}{2vv} - \frac{1}{2} l(x + \sqrt{x-v} v) + \frac{1}{2} l v.$$

Pro parte tertia habemus  $\int \frac{dv}{v^3} l(x + \sqrt{x-v} v)$ , quae reducta per formulam integraliem notissimam praebet

$$\int \frac{dv}{v^3} l(x + \sqrt{x-v} v) = -\frac{1}{2vv} l(x + \sqrt{x-v} v) - \frac{1}{2} \int \frac{dv}{v^3} \frac{(1-\sqrt{x-v} v)}{\sqrt{x-v} v}.$$

Quia autem est

$$\int \frac{dv}{v^3 \sqrt{x-v} v} = -\frac{\sqrt{x-v} v}{2vv} - \frac{1}{2} l(x + \sqrt{x-v} v) + \frac{1}{2} l v$$

ex

ex hac tercia parte nascitur ista quantitas:

$$\frac{1}{4}l(1 + \sqrt{1 - vv}) + \frac{\sqrt{1 - vv}}{4vv} + \frac{1}{4}l(1 + \sqrt{1 - vv}) - \frac{1}{4}lv - \frac{1}{4vv}$$

Hic igitur partibus omnibus collectis totum membrum si-  
mulum erit diligenter in tractatu de ratione et proportionib.  
et

$$\frac{1}{4}lv + \frac{\sqrt{1 - vv}}{4vv} - \left(\frac{1}{4} + \frac{1}{4vv}\right)l(1 + \sqrt{1 - vv}) + C.$$

§. 25. His invenitis et adieci a constante, qua tota  
expressio ad nihilum redigatur posito  $v = 0$ , habebimus  
 $\frac{1}{4}lv = C + \frac{1 + l^2}{4vv} - \frac{\sqrt{1 - vv}}{4vv} - \left(\frac{1}{4} + \frac{l}{2vv}\right)l(1 + \sqrt{1 - vv})$   
Vnde, si statuamus  $v = 1$ , prodit valor seriei quae sitae.  
Omniam vero constans  $C$  ita debet esse comparata, vt  
non expressio chanescat posito  $v = 0$ , insigne incommo-  
dum hic se offert, quod posito  $v = 0$  omnes partes in  
infinitum excrescant. Nullum autem est dubium, quin fin-  
ita haec infinita se mutuo destruant, quandoquidem pre-  
dictus valor determinatus prodire debet. Ad hoc incommo-  
dum evitandum recurendum est ad remedium in omnibus  
iustis modi casibus visitatum, quo quantitas  $v$  non ipsi  
nihil acqualis, sed infinite parua concipitur; tum enim  
tique eveniet, vt omnes termini per  $vv$  diuisi se sponte  
collant. vii hic clarus ostendemus.

§. 26. Tribuamus igitur litterae  $v$  valorem infi-  
nitum paruum, ac primo habebimus  $\sqrt{1 - vv} = 1 - \frac{1}{2}vv$ , vnde  
membrum  $\frac{1}{4}lv$  dabit  $\frac{1}{4}lv$ , deinde vero erit

$$l(1 + \sqrt{1 - vv}) = l(1 + 1 - \frac{1}{2}vv) = l2 + l(1 - \frac{1}{2}vv).$$

Et vero

$$1 - \frac{1}{2}vv = -\frac{1}{4}vv$$

dicque habebimus

$$l(1 + \sqrt{1 - vv}) = l2 - \frac{1}{4}vv$$

quibus

quibus valoribus substitutis expressio nostra hanc induet formam:

$$C + \frac{1+2l_2}{4vv} - \frac{1}{4vv} + \frac{1}{v} - \left( \frac{1}{4} + \frac{1}{2vv} \right) (l_2 - \frac{1}{4}vv)$$

ex qua, postremo membro euoluto, expressio nostra fieri  $C + \frac{1}{4} - \frac{1}{4}l_2$ , ad nihilum redigenda; vnde prodit  $C = \frac{1}{4}l_2 - \frac{1}{4}$

§. 27. Definita igitur nostra constante C debitus valor nostrae expressionis  $\int \frac{v dv}{v} - \frac{1}{4}lv$  erit

$$= \frac{1}{4}l_2 - \frac{1}{4} + \frac{1+2l_2}{4vv} - \frac{v_1 - vv}{4vv} - \left( \frac{1}{4} + \frac{1}{2vv} \right) l (1 + \sqrt{1 - vv})$$

quam ob rem, si hic statuamus  $v = 1$ , prodibit valor ipsius seriei infinitae, cuius summam quaerimus, qui ergo erit  $= \frac{1}{4}l_2$ ; ita vt tertia columnा, cuius singuli termini continent productum  $\cos \alpha \sin \alpha^*$  abeat in hanc simplicem expressionem  $\frac{1}{4} \cos \alpha \sin \alpha^* l_2$ .

§. 28. Simili modo inuestigare licet summam seriei in quarta columnā occurrentis; verum calculus requireretur adhuc multo magis operosus ac taediosus quam pro columnā tertia, quo autem facile supersedere poterimus, cum ista columnā contineat productum  $\cos \alpha \sin \alpha^*$ , quod, quia  $\alpha = \frac{1}{2}\eta$ , angulus vero  $\eta$  pro satis exiguo assumitur, ob potestatem quartam  $\sin \alpha^*$  tam paruum erit, vt tuto neglegi queat. Caeterum satis probabile videtur, coefficientem huius termini pariter proditum esse huius formae  $\beta l_2$ , ubi  $\beta$  erit fractio minor quam  $\frac{1}{4}$ . Quibus obseruatis sequens problema alioquin difficillimum resoluere poterimus.

### Problema.

*Si pendulum, dum circa axem A oscillatur, tam ascendendo quam descendendo percurrat arcus parum a 180 gradibus deficientes, inuenire tempus cuiusque oscillationis.*

Solutio.

## Solutio.

§. 29. Denotet  $\Theta$  tempus cuiusque oscillationis, idem pendulum arcus tantum infinite paruos percurret, nunc autem sit  $g$  punctum, a quo nostrum pendulum descendere incipit. Huius declinationem a situ verticali  $Ab$  possumus  $bA/g = \eta$ ; tum vero fecimus  $\alpha = \frac{1}{2}\eta$ . Hinc primo quaeratur valor seriei

$$1 + \frac{1^2}{2^2} \sin. \alpha^2 + \frac{1^2 \cdot 3^2}{2^2 \cdot 4^2} \sin. \alpha^4 + \frac{1^2 \cdot 3^2 \cdot 5^2}{2^2 \cdot 4^2 \cdot 6^2} \sin. \alpha^6 + \text{etc.}$$

quae ob angulum  $\alpha$  minimum vehementer conuergit, ita ut plerumque sufficiat ternos quaternosque eius terminos sumisse. Tunc vero tempus unius oscillationis quiescaci, quod littera  $T$  indicauimus, erit

$$T = \Theta l \cot. \frac{1}{2} \alpha \left( 1 + \frac{1}{4} \sin. \alpha^2 + \frac{1 \cdot 3}{4 \cdot 6} \sin. \alpha^4 + \frac{1 \cdot 3 \cdot 5}{4 \cdot 6 \cdot 8} \sin. \alpha^6 + \cos. \alpha l/2 + \frac{1}{4} \cos. \alpha^2 l/2 \right).$$

vbi meminisse oporet esse  $\Theta = \frac{\pi\sqrt{b}}{\sqrt{2}g}$ . Manifestum autem est semissem huius temporis praebere tempus cuiusque ascensus vel descensus nostri penduli.

## Exemplum.

Q. 30. — Si pendulum sub angulo  $BAg = 5^\circ$  descendere incipiatur, videoque in sequentes ascensu ad eandem altitudinem assurgat, erit  $\alpha = 5^\circ$  ideoque  $\alpha = 2; 30^\circ$ , unde habebimus  $l \cos. \alpha = 9,9995865, l \sin. \alpha = 8.6396796$  et

$$l \sin. \alpha^2 = 7,2793592$$

$$l \sin. \alpha^4 = 4,5587184$$

$$l \sin. \alpha^6 = 1,8380776.$$

Ex his igitur computemus primam seriem, qua  $\log \cot. \frac{1}{2} \alpha$  afficitur, et quae erit = 1,0004801.

§. 31. Quoniam istam summam in logarithmum hyperbolicum ipsius  $\log \cot. \frac{1}{2} \alpha$  duci oportet, quaeramus primo logarithmum vulgarem istius cotangentis  $1^{\circ}, 15'$  qui reperitur = 1,6611437 et in logarithmum hyperbolicum conuertitur, si multiplicetur per 2,30258509, hicque totum primum membrum nostrae expressionis constabit his tribus factoribus:

$$1,0004801 \cdot 2,3025851 \cdot 1.6611437$$

qui per logarithmos euoluti primum membrum  $\log \cot. \frac{1}{2} \alpha$  involuens praebent = 3,82675.

§. 32. Porro pro secundo membro notetur logarithmum hyperbolicum binarii esse = 0,69314718 qui ducatur in  $\cos. \alpha = \cos. 2^{\circ}, 30'$  hoc modo

$$\begin{aligned} 10,6931472 &= 9,8408253 \\ \text{et } \log \cos. \alpha &= 9,9995865 \end{aligned}$$

$$\text{summa} = 9,8404118 = \text{I membr. II.}$$

sicque erit ipsum membrum secundum = 0,69249. Hoc deinde secundum membrnm, si ducatur in  $\frac{1}{2} \sin. \alpha^2$ , dabit membrum tertium, quod ergo ita reperitur:

I membr.

$$l \text{ membr. II.} = 9,8404118$$

$$l^{\frac{1}{4}} = 9,8750613$$

$$l \sin. \alpha^2 = 7,2793592$$

$$l \text{ membr. III.} = 6,9948323 \text{ ergo}$$

$$\text{membr. III.} = 0,00099$$

ex quo quia ne vnicam quidem partem millesimam efficit,  
manifestum est sequentia membra tuto omitti posse.

§. 33. His igitur partibus collectis tempus unius integrae oscillationis prodibit  $T = 4,52023 \Theta$ ; vnde si istud pendulum oscillationis suas infinite paruas singulis minutis secundis absoluat, pro eodem pendulo, dum motu suo arcum 350 grad. percurrit, tempus cuiusque oscillationis erit circiter 4 $\frac{1}{2}$  secund. Quodsi pendulum arcus adhuc maiores et proprius ad totam circuli peripheriam accedentes absoluat, tempora oscillationum vehementer insuper augebuntur, dum pro tota peripheria, sive 360 grad. tempus adeo in infinitum excrescit: vnde adhuc vnum exemplum euoluamus, quo talis arcus descriptus duobus tantum gradibus a peripheria deficit.

### Exemplum.

§. 34. Si pendulum ab angulo  $b A g = 1^\circ$  descendere incipiat, ideoque in sequente ascensu ad eandem altitudinem assurgat, erit  $\eta = 1^\circ$  ideoque  $\alpha = 30^\circ$ ; inde habebimus  $l \cos. 30^\circ = 9,9999835$  et  $l \sin. \alpha = 7,9408419$ , vnde colligimus  $l \sin. \alpha^2 = 5,8816838$ ;  $\sin. \alpha^2 = 1,7633676$ . Ex his igitur computemus primam seriem  $l \cot. \frac{1}{2} \alpha$  innolventem, quae erit  $= 1,00001904$ .

§. 35. Quoniam istam suminam in logarithmum hyperbolicum ipsius cot.  $\alpha$  duci oportet, quaeramus primo logarithmum vulgarem ipsius cot. 15<sup>1</sup> qui reperitur = 2, 3601799, qui in logarithmum hyperbolicum conuertitur, si multiplicetur per 2, 30258509 sicque totum primum membrum nostrae expressionis constabit his partibus 1,00001904. 2,3601799. 2,30258509 quae per logarithmos hunc in modum euoluuntur:

$$1,00001904 = 0,0000082$$

$$\underline{2,3601799} = 0,3622157$$

$$\underline{2,30258509} = 0,3729452$$

$$\underline{\underline{I \text{ membr. I.}}} = 0,7351691$$

$$\text{ergo membrum I.} = 5,43461.$$

§. 36. Porro pro secundo membro logarithmus hyperbolicus binarii ducatur in cos.  $\alpha$  hoc modo

$$10,6931472 = 9,8408253$$

$$\underline{\underline{\text{ergo membrum II.}}} = 9,9999835$$

$$I \text{ membra II.} = 9,8408088$$

$$\text{ergo membrum II.} = 0,69312.$$

Hoc membrum secundum si ducatur in  $\frac{3}{4} \sin. \alpha^2$  dabit membrum tertium, quod ergo ita reperietur

$$I \text{ membr. II.} = 9,8408088$$

$$\underline{I \frac{3}{4}} = 9,8750613$$

$$I \sin. \alpha^2 = 5,8816838$$

$$I \text{ membra III.} = 5,5975539$$

$$\text{ergo membrum III.} = 0,00004.$$

His

Hincigitur partibus collectis tempus viuis integræ oscillationis prodibit  $T = \sqrt{2\pi} \cdot \Theta$ , unde si oscillationes inservient parvae penduli singulis minutis secundis peragantur, tempus acutusque oscillationis eiusdem penduli, adum arcus regis absolutus, erit 6 secund. Tunc in circa secunda undique (secundum etiam etiam) circa 1000 milia circuigentes annus. §. 37. Hinc patet, quo minor accipiatur angulus  $\alpha$  & tempus viuis oscillationis non solum fieri maius, sed etiam minori operâ assignari posse, cum contra, quo maior fuerit angulus  $\alpha$ , investigatio temporis multo maiorem laborem requirat. Quin etiam, si angulus  $\alpha$  tantus accipiatur, vt termini sin.  $\alpha^2$  inuolentes non amplius negligi queant, ope huius methodi tempus ne quidem accurate assignare posset, propterea quod summae serierum quartae et sequentium columuarum nimiris intricatos calculos postularent; neque ullum artificium Analyticum adhuc est inuentum, quo labor iste subleuari posset. Huiusmodi autem casibus series in ipsa dissertatione tradita negotium multo commodius conficit: quoniam enim tum angulus  $\alpha = 180 - \eta$  iam ita erit comparatus, vt quantitas

$$c \equiv \sin. \frac{1}{2} \zeta \equiv \cos. \frac{1}{2} \eta$$

fatis notabiliter ab unitate deficiat, series ibi inuenta

$$I + \frac{z^2}{z^2} C.C. + \frac{z^2 \cdot z^3}{z^2 \cdot z^4} C^4 + \frac{z^2 \cdot z^3 \cdot z^5}{z^2 \cdot z^4 \cdot z^6} C^6 + \text{etc.}$$

satis conuerget, ita ut eius summa, pluribus terminis actu inuicem addendis, satis exacte assignari possit, quae deindeducta in  $\Theta$  tempus unius oscillationis indicabit.

§. 38. Caeterum hoc additamentum circa oscillationes amplissimas, ubi totus arcus a pendulo descriptus propemodum ad totam circuli peripheriam augetur, eo maiori

studio pertractare est visum, quod omnes, qui pendulorum motus sunt perscrutati, istum casum plane non attigerunt. Interim tamen est manifestum, istum casum summam attentionem mereri, propterea quod sine singularibus artificiis, tam in ipso calculo, quam integrationibus peragendis resolutionem nullo modo exspectare liceat, tum vero etiam serierum quartae columnae et sequentium resolutio, quam hic praetermittere sumus coacti, Geometris ansam praebere poterit, istam egregiam partem Analyseos ulterius promouendi.

---



---